



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput II. De humili sentire sui ipsius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

6      *De Imitatione Christi*

Stāde ergo cor tuum ab amore vi-  
sibilium abstrahere, & ad invisibilia  
te transferre. Nam sequentes suam  
sensualitatem maculant conscientiam,  
& perdunt Dei gratiam.

CAPUT II.

*De humili sentire sui ipsius.*

I. **O**mnis homo naturaliter scire de-  
siderat; sed scientia sine ti-  
more Dei quid importat?

Melior est profecto humilis rusti-  
cus, qui Deo servit, quam superbus  
Philosophus, qui se neglecto cursum  
cœli considerat.

Qui bene seipsum cognoscit, sibi  
ipsi vilescit, nec laudibus delectatur  
humanis.

Si scirem omnia, quæ in mundo  
sunt, & non essem in charitate, quid  
me juvaret coram Deo, qui me judi-  
caturus est ex facto?

2. Quiesce a nimio sciendi deside-  
rio: quia magna ibi invenitur distra-  
ctio, & deceptio.

Scien-

*Liber I. Caput II.*

7

Scientes libenter volunt videri, &  
sapientes dici.

Multa sunt, quæ scire parum, vel  
nihil animæ profunt.

Et valde insipiens est, qui aliquibus  
intendit, quam his, quæ saluti de-  
serviunt.

Multa verba non satiant animam ;  
sed bona vita refrigerat mentem :  
& pura conscientia magnam ad Deum  
præstat confidentiam.

3. Quanto plus, & melius scis ;  
tanto gravius inde judicaberis, nisi  
sanctius vixeris.

Noli ergo extolli de ulla arte vel  
scientia : sed potius time de data ti-  
bi notitia.

Si tibi videtur, quod multa scis,  
& satis bene intelligis : scito tamen,  
quia sunt multo plura, quæ nescis.

*Noli altum sapere, sed ignorantiam  
tuam magis fatere.*

Quid te vis alicui præferre, cum  
plures doctiores te inveniantur, &  
magis in lege periti ?

A 4

Si

### **S** De Imitatione Christi

Si vis utiliter aliquid scire, & discere: ama nesciri, & pro nihilo reputari.

4. Hæc est altissima & utilissima lectio, sui ipsius vera cognitio, & respectio.

De seipso nihil tenere, & de aliis semper bene & alte sentire magna sapientia est & perfectio.

Si videres alium aperte peccare, vel aliqua gravia perpetrare, non deberes te meliorem æstimare, quia nescis, quamdiu possis in bono stare.

Omnes fragiles sumus, sed neminem fragiliorem teipso tenebis.

### C A P U T III.

#### *De Doctrina veritatis.*

1. **F**elix, quem veritas per se docet, non per figuratas & voces transcurrentes, sed sicuti se habet.

Nostra opinio, & noster sensus saepe nos fallit, & modicum videt.

Quid prodest magna cavillatio de occultis & obscuris rebus, de quibus nec